



1002





00
Aob

FASCICULUS
BIBLIOTHECAE
ONUM
PHILOSOPHICO-
LOGICARUM
ILLUSTRISS: WITTEBERGENSIS
ACADEMIAE
M. JOHANNIS
Ouedimburgi-saxonici
Poe. Laur. Cat. & Sa. Theol.
Claus.
WITTEBERGA
ANNO MDCCLXXII



I. N. 7.
DISPUTATIONEM PNEVMATICAM
DE
OMNIPOTEN-
TIA DEI,
AMPLISSIMI ORDINIS PHILO-

SOPHICI CONSENSU,

In Alma ad Albim Academia,

PRÆSIDE

M. JOHANNE Dünnehaupt/
Quedlinburgo Saxone, P. L. C.

SS. Theol. Stud. & Alumno Electorali.

*Placida Philosophorum disquisitioni
subjiciet*

PETRUS Dühring/

Plaviâ Marchicus,

Hab. d. 23. Febr. 1687. in Aud. min.



WITTEBERGÆ,

Typis MARTINI SCHULTZII.

1781
DIPLOMATIUM MEMORIALIUM
DE

OMNIPOTEN

IA DE
AMPLISSIMI ORDINIS PHIL.

SOTINICI CONSENSU

IN HUIUSMODI

IN ESSE

M. JOHANNES SCHNEIDER

Ordinarius Saxoniae P. O.

in solis & Luna

et in stellis

PETRI & PAULI

in M. S. S.

in M. S. S.

in M. S. S.

in M. S. S.

in M. S. S.



A. Ω.

O DEUS omnipotens rebus præsentibus
adsis,
Et linguam & vires ingeniiq; agas!

PROLOGUS.

Quanta Gentilium à vero ac naturali Deo alienorum
cœcitas, quanta eorum sit imbecillitas, vix ullâ ver-
borum serie explicabitur satis, quippe qua tantis ob-
noxia est vanitatibus, ut satis mirari haut possis.
Nihil jam verborum facturum sum de Polytheismo eorum, quò
singulis fere rebus singulos Deos præfecere, adeò, ut eorum nu-
merus ad millia non pauca sese extenderet; sed ad Deorum
Gentilium impotentiam transgrediar, qua infimis etiam in-
firmitatibus est subjecta. Quanta enim Jovis sit impotentia,
vel solo Lactantio, Viro ob ingenium & eloquentiam conspi-
cua teste Lib. I. c. 20. luci exponetur, qui, Tarquinium, Capi-
tolio recens exstructo sacellisque Deorum numero consecratis,
per auguria è Diis quasivisse, refert, velintne Jovis tanquam
Summo Divum Parenti cedere? cui tum omnes præter solum
Terminum cedere non dubitarunt. O infirmam! O debilem
Jovis potentiam! Cui ne lapis quidem obsequium honoris
præstat. Variis equidem modis Jovis potentia Poëtis Genti-
lium celebratur, in cujus laudes etiam Ovidius Poëtarum in-
genio-

A 2

geniosissimus ferebatur, cum lib. IV. Trist. caneret:

Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,
Ut maneat rapido firmitus igne Jovis.

Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumq; DEO.

Verum enim verò quicquid gloria de iis spargatur, ad potentiam tamen eorum stabiliendam vel augendam plus non facit, quam nihil. Nobis autem sacrarum literarum solatio erectis longè alius est Deus, qui tantà gaudet potentiâ, quanta ipsius est essentia, cujus potentiam ab Gentilibus quoque Scriptoribus abundè celebratam esse, vix inficiabitur, qui Virgilium Poetarum facile Principem Lib. 1. Æn. v. 60. vidit:

Sed Pater omnipotens speluncis abdidit atris.

Hujus potentia eminentia in presenti nòs movit, ut eam dissertatione hâc investigavimus.

Tu verò, qui cuncta potes, qui cuncta gubernas,
Ingenii vires concede, tuâque potenti
Dirige quæque manu, quò Nomen gloria abundet.

SECTIO DOGMATICA.

§. I.

ANte verò, quàm essentia considerationem suscipiamus, necessarium erit, existentia probationem præmittere, nam observatâ hâc ad illam transitus fit planior. Jam si ad rationis lumen abeamus, id ad infinitam DEI essentiam nos deducit, & ab hujus cognitione naturali ad illius cognitionem argumentari præcipit. Si enim concessum fuerit, (quod utique concedi debet) Essentiam Dei infinitam ex rationis lumine cognoscibilem esse, quidni omnipotentia hoc modo

modo cognosci possit? Hæc enim ex infinita Dei Essentia promanat, unde ab essentia infinitate ad potentia infinitatem optimè concluditur. E quibus liquet, omnipotentiam & potentiam infinitam *omnipotens* se invicem respicere.

§. II.

Strato nunc fundamento ad definitionem properamus, quam Viro incomparabili *Walthero* nostro præeunte sequentem damus: *Omnipotentia est Attributum DEI positivum, quo omnia efficere potest, quæ non involvunt contradictionem.*

§. III.

Definiti originem si perspexeris, triplicem fortasse invenies. Nam (1.) promanat à τῶν *posse* tanquam è primâ scaturigine. Ubi tamen observatu dignum est, quod τὸ *posse* in sensu latiori atque indeterminato sumtum hîc minimè intelligi debeat, quod omnem omninò potentiam, activam cum passivâ includit, sed ad sensum strictiorem eumque determinatum redigatur, necesse sit, quatenus solam activam potentiam, omni receptivâ prorsus remotâ, innuit, nam juxta illam significationem passivum quid Deo adscriberetur, quod alienum. E τῶν *posse* redundat participium *potens*, ex quo (2.) profluit, voce tamen hâc eodem modo intellectâ, quâ præcedens intelligi debebat. (3) Vocabulum *Omnipotentia* tanquam compositum ex duobus nominibus, adjectivo sc. *omnis* & substantivo *potentia* deducitur. Posterioris significatione legitimâ excusâ, de priori quicquam observetur, oportet, quod duplicem respectum includit; juxta priorem particula *omnis* ceu universalis, omnem potentiam, activam pariter

ac passivam indeterminatè respicit, ut omnipotentia nihil aliud sit, quàm omnis potentia; posterior respectus ad potentia Divinæ objectum tendit, ejusque universalitatem arguit, ut per omnipotentiam nihil aliud intelligatur, quàm illa potentia, quâ, quæ absolute possibilia sunt, omnia à Deo perfici possunt. Illo modo spectata si pro attributo Dei haberetur à nobis, non simplicissimam modò essentiam læderemus, sed purissimo quoq; actui passivum quid affingeremus, unde satis constat, quod hoc modo considerata nostri sit instituti.

§. IV.

De variâ omnipotentia significatione non multum dispiciemus. Quamquam de Gentilium Diis quoque prædicatur, quod *Valerii Sorani* versus vulgati demonstrant, quando canit:

*Juppiter omnipotens, Regum Rex ipse, Deusque
Progenitor, Genitrixq; Deum, Deus unus & omnes.*

Posito deinde, creaturas hujus furfuris inveniri, quæ tantâ arrogantia essent afflatæ, ut Divina nomina sibi nec non attributa ejusmodi impudenti audaciâ adscriberent, (hujus enim farina quosdam Imperatores fuisse, historiarum suppeditant,) nihilominus tamen impropriè tantum atque in comparatione ad reliquas, potentia minori gaudentes, intelligenda ea sunt, nam sensu proprio eoque absoluto non nisi Potentissimo universi hujus Creatori adscribere, sana ratio jubet.

§. V.

Vocabula ejusdem significationis rara sunt, nam apud Latinos præter *Potentiam infinitam* vix quicquam superest, nisi

nisi *Præpotentiam*, καὶ ἐξοχὴν sumtam, admiseris, cùm verò concretum Præpotens Carthagini quoque ob excellentiam à *Tullio* adscriptum est, *Becmanno* de OO.LL. p.m.869. exulat. Non autem vocabula ejusdem significationis in Latia terminantur, sed apud Græcos quoque inveniuntur, unde haud inconcinnè *B Chemnitio* de duab. Nat. in Christo παντεξουσίης nuncupatur. Alio nomine παντοεργεια dicitur, nec non πανδύναμις, item πᾶσι ἐξουσία καὶ πᾶσι δύναμις, particula universali ad ἐξουσίαν καὶ δύναμιν activam restricta. Videatur *Jacobus Martini* Exercit. Metaphys. Lib. II. Exercitatione IV. Theor. 20. p.m.857. Ea de definiti natura, jam ad alia sine longâ verborum serie transimus, quæ majoris sunt momenti, atque ipsam definitionem examinare debent.

§. VI.

Absolutis iis, quæ ad nominis enodationem faciebant, ipsa res est aggredienda, quam in descriptione reperies, ubi duplex exhibetur conceptus, *contrahibilis* & *contrahens*, ille à variis varius traditur; aliis dicitur *Attributum* ἐνεργητικὸν *f. operativum*, quæ sententia nobis contrarias non sustinet, quod enim omnipotentia sit attributum Dei, id nostri quoq; est asserti, cujus ratio proximè suppeditabitur. Nec minùs recte ἐνεργητικὸν appellatur, cum in aprico sit, ab Autoribus attributa Dei distribui in ἐνεργητικά *f. operativa*, secundum quæ DEUS aliquid agit, & ἀνεργητικά *f. quiescentia*, secundum quæ DEUS non agit. Quoniam igitur DEUS per suam omnipotentiam omnino aliquid agit, ideò non incommodè ἐνεργητικὸν appellatur. Vide *Meierum* Part. Pneum. Special. Lib. I. c. III. de Attrib. Dei in genere. p. m. 310. In longum latumque scribendi

bendi campum descendere hic possemus, plurimasque annotare sententias, juxta quas alius atque alius omnipotentiae Divinae conceptus contrahibilis formatur, nisi iusto latius ab instituto nostro discederemus, atque à pagellarum angustia inhiheremur, ea tantum in praesenti persequemur; quae descriptionis datae ratio exigit.

§. VII.

Conceptus contrahibilis à nobis datus est complexus per *Attributum Positivum*. Quod verò omnipotentia sit *Attributum Dei*, facili negotio probatur, sed ante, quam id fiat, praenotandum est, eam duplicis esse considerationis, nam alio modo spectatur *materialiter*, quo ipsam essentiam involvit, atque sic attributum praedicari nequit, alio autem *formaliter*, quatenus est conceptus inadaequatus, Essentiam Divinam pro nostrà intelligendi ratione proximè consequens, & juxta hunc considerandi modum in praesenti negotio attenditur, unde sponte finit probatio: Q. tanquam conceptus inadaequatus Essentiam Divinam sequitur, illud est ejus attributum. Atqui Omnipotentia &c. Ergo. Major in aprico est, quia conceptus inadaequatus ad essentiam consequens & attributum pro Synonymis habentur. Minor stabilitur: Aut Omnipotentia est conceptus adaequatus aut inadaequatus, non ille, quia sic omnipotentia in statu formali considerata ipsa esset essentia, cui tamen propter formalem, rationem contradistinguitur; Ergo inadaequatus & quidem, vi perfectionis absoluta ad essentiam divinam consequens, atque sic sententiae nostrae iusta habemus fundamenta. *Positivum* verò dicitur, quia termino affirmativo effertur. Vide *Meierum* loco citato.

ibid

§. IIX.

§. IIX.

Conceptum Contrahibilem excipit Contrahens, ab objecto petitus, quod iis, quæ contradictionem non involvunt, absolvitur, atque alias unico nomine *possibilia* vocatur. Ubi quidem notabis, quod *possibile* juxta *Dominicum de Flandria* Lib. IX. Metaphys. quæst. 3. sumatur (α) quatenus *impossibili tantum* opponitur, atque id notat, quod non existere repugnat, quâ ratione DEUS quoque *possibilium* classem ingreditur. (β) quatenus opponitur *impossibili & necessario* simul, atque ita contingentium numero sese associat. Posteriori modo *possibile* omnipotentia Divina objectum constituitur, priori significatione remota, nisi DEUM suæ omnipotentia dixeris objectum.

§. IX.

Ultimam in hac Sectione paragraphum absolvit divisio, quæ communiter ita instituunt, ut potentiam in *absolutam* atque *ordinariam* distribuunt. Et quamvis moneute *Scaligero* Exercitat. ult. Sect. 8. una tantum Dei sit potentia, quemadmodum ipse unus est, nihilominus tamen ab alterâ parte DEUS agit absolutè, ab alterâ verò causis secundis sese applicat, ut ad modum istarum agat, commodè itaque potentia Dei distingvi (nempe ratione formali ac nostro tantum intelligendi modo) posse videtur. Videatur B. *Jacobus Martini*. Exercitat. Metaphys. Lib. I. Exercitat. III. Theorem 8. p. m. 113. 114. *Illæ*, nempe *Absoluta*, à multis variè describitur, adeò, ut nausea moveretur, si tot descriptiones enumerando animum turbaremus, unde aliquam tantum subjiciemus sequenti modo institutam: quod juxta eam DEUS præter & supra ordinem à se institutum omnia possit facere, quæ absolutè *possibilia* sunt.

B

Cujus

Cujus exempla non pauca in Sacris Pandectis legere licet, ubi Moses sine cibo & potu per quadraginta dies conservatus legitur. *Deut. IX. 9.* Secundum hanc potentiam Deus è lapidibus liberos Abrahamo suscitare potest. *Matt. III. 9.* At *Ordinaria Dei potentia est, quã potest agere & agit secundum ordinem à se liberè institutum.* Ita Deus per interventum maris & sceminae hominem creat ac efficit.

SECTIO PROBLEMATICA.

Problema I.

Quanam Plinii de Omnipotentia Dei fuerint opiniones?

Plinii, magni aliàs naturæ mystæ, verba *Lib. II. Hist. Nat. cap. 7.* leguntur sequentia: *Imperfecta in homine natura præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia, namque nec mortem sibi potest consciscere, si velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis, nec mortales æternitate donare, aut revocare defunctos, nec facere, ut, qui vixit, non vixerit, qui honores gessit, non gesserit, nullumque habet in præterita jus, præterquam oblivionis.* In quibus Plinii verbis tria inveniri, quæ absurditatis notam induunt, testatur B. *Jacobus Martini Exercitat. Metaphys. Lib. I. Exercit. III. Theor. 8. p. m. 117. seq.* Nam (1) Plinii sententia hæc est, Deum non posse dici omnipotentem, ratione subjunctâ, quia sibi mortem consciscere nequit. Egregiè concluditur, quin imò invertatur, necesse est, atque eò magis Deus omnipotens dicendus, passiva quippe potentia imperfectionem infert, quam in Deo exulare, nullus non confitebitur, qui Deum tanquã actum purissimum agnoverit. (2.) Ea invasit Plinium opinio, quasi homini in tantis vitæ pœnis optimum sit datum, ut mortem sibi consciscat, quod sanè rectæ rationis dictamen sequentibus alienissimum est. (3.) Impotentia Deum acculat, quod homines æternitate donare nequeat, quod si
igitur

igitur intellectam velit aternitatem à priori spectatam, quæ omne principium respuit, eam ob causam ut impotentia arguat, non invenit, cum implicet, esse hominem & esse ab aeterno, homo enim est creatura, aeternum verò præter Deum non datur; Si autem aternitatem à posteriori spectatam velit, qua ratione avi naturam induit, (secutus forsitan *Philosophum* Lib. VII. de Generat. & Corrupt. Text. 70. nec non *Averroem* in hunc textum, negantes, idem numero individuum redire posse) fundamentum non invenit, illis enim sermo est de potentia naturali cum motu & tempore connexa, quam à Deo alienam esse, nemo inficiabitur, quippe sine motu, & tempore Deus idem, quod interiit, reparare potest. Posito enim ac concesso, Deum in aeternum cum causis secundis concurrere posse, quod sine veritatis læsione vix negabitur, quidni eas in aeternum conservare valeat? Quamdiu enim causa prima cum secundis concurrat & concurrere potest, tamdiu causæ secundæ conservantur & conservari possunt. (4) Denique ejus sententia eo tendit, quod Deus contradictoria nequeat facere, quæ tamen ad potentiam Dei minuendam ne tantum præstant, nam impossibilitas illa non in Deo, sed in ipsis rebus sita est. Sententiam nostram Ipse *Philosophus* confirmat, quando I. IV. Ethic. c. 2. sequentes *Agathonis* versu approbat:

Μὴν ἴδ' ἀντὶ καὶ θεὸς ἐπινοεῖται
 ἀγέννητα ποιεῖν, ὅσ' αὐτὸν ἢ πενεργηθῆναι.

*Hoc namque duntaxat negatum etiam Deo est,
 Quæ facta sunt, infecta posse reddere.*

Problema II.

Potueritne à Deo mundus ab aeterno creari?

§. I.

Negativa sententia nos ad partes suas confirmandas attrahit,

trahit, unde non possumus ei non subscribere. Præeuntem habemus Magnificum nostrum *Quenstedium Syst. Theol. Part. I. c. X. Sect. II. qu. 2. p. 421. seq.* cui pro negativâ rationes sequentes arrident: (1) *Quia ab aeterno esse uni & soli Deo proprium est, unde, quod ab aeterno est, Deus ipse est, mundum verò esse Deum, vix quisquam sanâ ratione præditus affirmabit.* (2) *Repugnantiam involvit tum à parte Dei, qui alium Deum à se diversum producere nequit; tum ex parte creationis, quæ semper aliquod initium involvit, quod verò initium habet, æternum non est; tum ex parte creaturæ, quæ existentia ab aeterno prorsus incapax est, nam illud, quod esse non potest, nisi post non esse, non potest esse ab aeterno. Atqui nulla creatura esse potest, nisi post non esse, creari enim est, ex nihilo produci, Ergò nulla creatura potest esse ab aeterno. Brochmandus Syst. Theol. Tom I. Artic. VII. de rerum Creat. cap. II. q. 6. p. m. 203. seq.* sententiæ nostræ Assertores non infimos citat, è Patribus *Ambrosium, Basilium, Augustinum*; è Scholasticis *Albertum in 2 sent. dist. 1. Art. 6 10. Henricum Gandavensem; Toletum Lib. IIX. Physic. c. 2. q. 2. p. 214. seq.* E Calvinianis *Zanchium, Timplerum, Kekermannum*, qui creationem æternam ad unum omnes negarunt. Quorum sententiæ dum approbat, sui quoq; animi sensa exponit, inquit: *Quamquam nobis certum est, Deum in omni æternitate instructum fuisse, ut ita dicam, eâ potentiâ, quâ mundum condere potuit, & postea condidit, quamquam quoque non inviti largimur, nullum temporis momentum à nobis concipi posse, quo mundus creari non potuerit: negamus tamen, fieri potuisse, ut mundus condere-tur æternus, idque, quod simul consistere non possint creatum esse & æternum esse. Nam quod creatum est, non potest esse æternum, & quod æternum est, non potest esse creatum. Quod ut solidè probatum demus, argemus, quod æternitas nihil quicquam*

quam aliud sit, quam perennis duratio, omnis originis, interrup-
tionis, innovationis & termini s. finis penitus expers. Talem
autem durationem qui ulli creatura attribuerit, creaturam hoc
ipso dixerit non creaturam. Quibus hæc non sufficiunt, con-
sulant Autores modo citatos. Nec non Ven. *Deutschmannum*
nostrum Theol. Pos. Pol. Tract. II. de Creat. Th. 2. & in Notis
solid. ad Compend. Hutteri, p. m. 644. *Dionysium Petavium*
Lib. III. de Deo cap. 6. *Cornelium Martini* in Compend. Theol.
p. 129. B. Dn. D. *Calovium* Syst. Theol. Tom. III. Artic. V. c. I. q. 1.
& 3. D. *Hornejum* Disp. Theol. V. Sect. I. de Creat. Th. 10. seqq.
Gisbertum Voëtium Disput. Select. Tom. I. p. 568 *Micrælium*, *Ma-*
resium, *Keslerum*, *Thummium*, *Affelmannum*, *Mejerum*, & ali-
os, qui satis prolixè sententiam nostram demonstrant.

§. II.

Contradicentes habemus quamplurimos, præcipuè v. *Ari-*
stotelem, quem tamen hæc opinione exuere, eumque creatio-
nem agnovisse, probare conantur *Fonsæca* lib. IX. Metaph. c. 1.
& *Conimbricenses* lib. IIX. Phys. c. II. q. 3. Nec non *Cornelius Mar-*
tini loco cit. p. 129. aliique. Ex Scholasticis atque Pontificiis
sefe nobis opponunt *Thomas* parte 1. Summæ Quæst. 46. Artic.
2. *Gregorius de Valentia* Tomo I. disp. III. quæst. 3. *Rhodericus ab*
Arriaga Disput. XVII. Phys. Sect. 1. *Conimbricenses*, *Suarez*, *Pe-*
rerius aliique, qui non veriti sunt dicere, mundum potuisse es-
se & produci ab æterno, & creaturam esse æternam, nihil im-
plicare. Sed quoniam hæc à Brochmando I. c. jam explosa
sunt, mittemus ea, atque alia, quæ communiter objici solent,
aggrediemur.

§. III.

(1.) Si Deus ab æterno potuit velle mundum, eum quoq; ab æter-
no potuit producere. Sed verum prius, Ergo & posterius. (2.) Q.
Deus ab æterno potuit producere, illud etiam potuit ab æterno pro-
duci, sed Mundum Deus ab æterno potuit producere. Ergo. Re-
spondetur ad hæc argumenta, in priori negando. Minorem, ex

quâ tamen negandi ratione omnipotentia Dei nullatenus la-
befactatur, sed fundamentum negationis est summa atque e-
minentissima Essentiæ Divinæ perfectio, & unitas, quæ sanè
destruerentur ex opinione Adversariorum, si enim Deus ab
æterno potuisset velle mundum, non solus fuisset æternus, ex
quo perfectioni summæ non parum decederet, atque ipsa u-
nitas simplicissima laderetur, non enim amplius unum sed
plura essent æterna, plura essent infinita, plura essent omni-
potentia, quod alienissimum esse, sana dicitur ratio. De-
structo priori argumento sponte sua corruiat posterius, cu-
jus minor in priori fundata est, quæ iterum vacillat, nam si
Deus non potuit velle creaturam vel mundum ab æterno, eum
quoque producere non potuit. Unde nec procedit, quando
(3.) inferunt: *Q. ab æterno fuit omnipotens, ille ab æterno potuit
creare. Atqui Deus ab æterno talis fuit. Ergo.* Nam major ite-
rum fundamento destituta est, licet Deus ab æterno omni-
potens fuerit, adeoq; creandi potentiam ab æterno habuerit, mi-
nùs tamen accuratè infertur: Ergo ab æterno mundum creare
potuit, cum mundus in tempore demùm sit producibilis. Conf.
Petrum à S. Joseph. Lib. II. Phys. c. 1. art. 4. Idem fere esset, ac si
homini oculos acres habenti potentiam videndi denegarem,
eò, quod tempore nocturno nihil videt. (4.) Nisi tandem sen-
tentiæ suæ dicam scribere velint, eò adiguntur, ut ingenuè fa-
teantur, mundum ex hypothesi suâ æternum esse, nihilomi-
nùs distinguere consueverunt *inter æternitatem per essentiam
& per participationem, illam Deo, hanc autem mundo adscri-
bunt.* At enim verò dispar illa æternitas, cum omni careat fun-
damento, *Brochmando* l. c. purum commentum est, quod enim
æternum dicitur, illud per essentiam tale sit, necesse est. (5.) In-
ferunt, nihil implicare, mundum tanquam Dei effectum Deo
coæternum esse seu cum eo simul, cum notum atq; in aprico pos-
si-

positum sit, effectus dari duratione simul cum causis suis existentes, quod vel Solis exemplo probatur, simul ac enim fuit Sol; fuit quoque Solis lux tanquam effectus ejus. Quid si verò Sol ab aeterno extitisset, nonne lux ejus coaeterna ei foret? Argumento huic satisfacit Autor modo citatus, distinguens *agentem ex necessitate natura*, & *agentem omnimodè liberè*: concesso, Solem cum effectu suo nimirum cum luce simul duratione existere, fit tamen hoc ex *necessitate natura*, cum Sol sine luce s. illuminatione ne esse quidem valeat, Deum verò sine creatione esse posse, quis inficiabitur? Unde ab agente necessario ad agentem liberum concludere, vix licet.

Problema III.

An Deus possit facere, ut prateritum non sit prateritum?

ANte, quam responsio suppeditetur, notandum est, duplicè esse *syntheticos* hujus sensum, quippe res praterita considerari potest, vel in *sensu diviso*, quo modo quaeritur: *An illa res, quae jam praterita est, praeciso hoc, quod praterita sit, de se ac per vim divinae potentiae possit etiam esse non praterita*. Hoc sensu non possumus, quin affirmativæ subscribamus; nam illa res, quæ in presenti hoc momento praterita est, potuit à Deo usque huc conservari, vel saltem, quo minus unquam fuisset, impediri. Vel etiam spectari potest in *sensu composito*, quaestione sic informata: *An res praterita eo ipso momento, quò praterita est, dici velesse possit non praterita?* Hic negativam tuemur, ratione freti, quod manifestam inferat contradictionem ejusmodi locutio. Vulgò reponere solent pro affirmativà: *Q. potest facere, ut ea res, quae praterita est, denuò existat, ille ex praterito potest facere non prateritum. Atqui Deus. Ergo.* At praemissarum alteram nempe majorem claudicare, nullus non videt, connectio quippe nulla est, sed alio modo informanda erat, & quidè ut ita concluderetur: *Q. potest facere, ut res, quae praterita est, denuò existat, ille potest facere ex praterito (non, non-prateritum, ac*

ff

Si res illa antea non esset præterita, sed) præsens, ita, ut illa res, quæ antea præterita erat, iterum in præsentis momento præsens sit. Huc quadrant Agathonis versus in fine problematis I. annotati.

Problema IV.

An res creata meliores à Deo fieri possint, quam ut factæ sunt?

O Tiosa forsitan ac odiosa videtur hæc quæstio, ipse tamen causam strenuè defendit Scaliger subtilissimus, *Exerc. 249. sect. 3.* Quapropter responsio non negligenda est, distingvimus autem inter *rerum perfectiones essentielles & accidentales*; Si de *his* quæstio instituat, ultrò concedimus, quippe perfectiones hominum infirmæ sunt ac debiles, imò imperfectionibus obnoxia, quæ ut augeantur, atq; ad statum meliorem referantur, nihil implicat. Si verò de *illis* disquiratur, constanter negamus, cùm certissimum sit, hominem in perfectione essentiali, seu ipsâ essentiâ non augeri. Sic corpus & anima rationalis constituunt hominem perfectum, si verò aliam adhuc essentialem perfectionem s. partem modò dictis associaveris, habebis hominem homine digniorem & essentialiter perfectiorem, quod sine contradictione non affirmatur. Prolixè & perspicuè quæstionē hanc expedit *B. Scheiblerus* Met. Lib. 2. c. n. 597.

Problema V.

An Deus possit ejusmodi actiones producere, quæ vitia sapiunt, vel imperfectionem involvunt?

N Egantium partes strenuè tuemur, quippe ea omnia Deo tanquam Enti perfectissimo repugnant. Ita non potest peccare, quia hoc ipsius sanctitati contrariatur; nec mentiri, quod veracitatem evertit; neque innocentem damnare, quod justitiam labefactat, & quæ alia sunt ob pagellarum angustiam hic prætereunda. Concludimus verbis *Augustini*, qui Lib. XV. de Trinit. cap. 15. *Magna, inquit, Dei est potentia, non posse mentiri, neque ideo Deus minus potens est, quia peccare non potest, cùm omnipotens nullatenus esse possit, qui hoc potest.*



An den Herrn Respondenten.

1.
Der Jugend reines Gold kan nicht im Schatten liegē/
Besondern schilt den Glanz aus der Pech-
schwarzen Gruffe/
Die dicke Finsterniß mit Wollust zubekriegen/
Und schwinget sich darauff in die erhabne Luft/
Wo Glückes Fahnen stehn auf hohen Ehren = Tempeln/
Und reizen unsern Geist zu folgen den Exempeln.

2.
Ob gleich der Gallen = Neid die Vermuths = Tropffen streuet/
Und zu verbittern denkt der Musen süsse Kunst/
Ob ein vergiffter Zahn die Unglücks = Körner keuet/
Und zu den Füßen wirfft der Weißheit edle Günst/
Er muß in solchen Grimm sein Ungemach selbst fressen/
Und guldner Jugend doch den Ehren = Lohn bey messen.

3.
Deswegen pflegen wir in den gelehrten Schulen
Nach theurer Wissenschaft zu dürsten / biß die Zeit
Mit der gepriesnen Welt uns ferner heisset buhlen/
Und den entbrandten Sinn führe zu der Lustbarkeit/
Wo die versüßte Milch aus den Knnst = reichen Busen
Auf unsre Seelen fließt von den berühmten Musen :

4.
Von dannen wandert man in einer starken Hitze
Voll Himmlischer Begier nach den geschmückten Thron/
Wo man bereitet sieht der Ewigkeiten Sitze/
Und unverdrossen hohlet den höchsten Ehren = Lohn/
Durch welchen unser Geist in unverfälschten Kränzen
Auch bey der Nach = Welt kan im steten Nach = Ruhm glänzen.

C

s. Er/

5.
Er / theures Musen-Pfand / Er ist ein heller Spiegel /
In welchen iederman das ist gerühmte sieht /
Er machte sich alsbald in die erwünschten Flügel /
Und war nach aller Krafft ohn unterlaß bemüht /
Der Künste zarten Glanz mit Weißheit zu erwerben.
So mit den Untergang der Erden kaum ersterben.

6.
Der unverdroßne Schmid / (ich spiele nicht mit Worten /
Wie manches Heuchel z Herz zum falschen Scheine thut.)
Zeigt ihm die leichte Bahn / und öffnete die Pforten
Wo man verfluchen muß die tolle Laster-Brut /
Der unverdroßne Schmid / den Göttern zum Seegen setze /
Verehrte seinem Geiße der Tugend die Schätze.

7.
Was unser Elb z Athen von seinem Fleiße dichtet /
Wird / wo es sonst nicht zur gnüge schon bewußt /
Zum unverwelkten Preis und Lob-Spruch ihm gerichtet /
Dem daß nach Weißheit geht die eifer-volle Brust /
Zeigt diß Exempel an / so Er izzund ablegt /
Und seines Nahmens Ruhm in Diamanten präget.

8.
Ich wünsche Glück dazu / der Himmel wird belohnen
Den Kunst-ergebnen Sinn / mit kräftigen Verstand /
Er wecke ferner auf die mächtigen Patronen /
Durch deren milde Günst er diesen eiteln tand
Der Nichtigkeit verläßt / und sich zum Gipfel schwinget /
Wenn Ihm Beförderung die Ehren-Palmen bringet.
Also erlegte seinem werth-geschätzten Freunde und Tisch-
genossen seine gebührende Schuldigkeit

M. Johannes Dünnehaupt /

PRÆSES.

OTU

Das ist ein guter Baum / der gute Früchte bringet /
 Und ein recht edler Stein der giebet hellen Glanz.
 Der ist erst Martis Sohn / der nach den Siege ringet /
 Und stets mit allen Fleiß versiehet seine Schanz.
 Solch Zeichen haben auch der Musen werthe Söhne /
 Die nichts als edle Frucht bey Ihnen lassen sehn.
 Ihr Glanz der stillet bald der Laster ihr Gerhöne
 Weil bey der Tugend Schanz sie unverrücket stehn.
 Diß hat Er werther Freund / auch stets in acht genommen /
 Und mit sehr grossen Fleiß das seinige verricht.
 Drum hat Er auch mit Ruhm dasselbe überkommen
 Wornach noch vieler Sinn wird erstlich hingeriche
 Demnach so ist mein Wunsch / der Höchste wolle geben /
 Daß Seine erste Frucht bey ieden lieblich sey /
 Und daß er als ein Baum stets mög' in blüßen leben /
 Erlangen so viel Glück als Blumen giebt der May.

Mit diesen hat in Eyl seinem wer'hesten Freunde
 aufwärtsig seyn wollen

M. A. C. Bauer / aus Hetstedt
 ein Sachse.

Non opus est, DÜHRINGE, meis extollere verbis
 Et vitam & mores ingeniumque saglar.
 Cum quàm sis gnauus, tua dissertatio dictat,
 Omnipotente DEO quam moderante dabis.
 Hoc saltem opto, velit DEus & donare potentem
 Lingvam, quo doctis docta referre queas.

Hoc, quod perexiguum est, gratulab. apposuit

Johannes Martinus Richter,
 Finstervaldâ - Misnicus.

O Te felicem! O Te terque quaterque beatum!
 Qui Summi Jovæ jam Speculator ovas.
 Quando scrutaris, quid sancta potentia possit,
 Quodque nequit, pariter Musa perita probat.

Gratulor ex animo; Vires DEus augeat, atq;
Concedat tandem munera digna Tibi.

als nächster scrib.
Franciscus **Briza**

Fido-Briza Marchicus J. U. St.

S muß die Fama uns auf ihren Wagen fahren
Durch diesen Rund der Welt/wenn man es also mache/
Daß man mit allen Ruhm in seiner Jugend Jahren
Auf den Catheder steht/und sucht der Musen Pracht/
Und stehet da bereit den Feind zu wiederlegen/
So Er/was unrecht ist von sich vernehmen läßt/
Auch damit dieses Er nicht möge bey sich hegen/
Ihm zeigen kan den Weg der Wahrheit auf das best.
Dies kan ich auch mit Recht von dir anizzo sagen
O werthgeschäzter Freund/ daß du ein solcher seyst
Drum soll man billich dich anitz zum Sternen tragen/
Denn deine Weise Kunst du in der That beweist.
Dein Plauen ist ja izt noch mehr beglückt worden/
Weil es den theuren Sohn so wohl erzogen hat/
Der nuu beliebet ist in allen Menschen Orden
Drum muß glükfelig sey die lieber Vater Stadt/
So wünsch' ich/werther Freund/hierzu dir Gottes Seegen/
Daß du so fährest fort/ wie du izzund gethan/
Der Seegen sey mit dir in deinen Thun und Wegen
Auf daß du stehen magst auf der gelehrten Plan.
Denn wer den Musen sich zueigen ganz ergiebet/
Der mus gesegnet seyn/und Ruhm erlangen hier/
Der wird von iederman/der ihn nur kennt/geliebet/
Ja werth gehalten sehr / der Seegen sey mit dir.
Dieses geringe sezte aus guter Wohlmeinung seinem werth-
und Hoch-geschäzten Freunde zu Ehren
JOHANN MICHAEL CALEZKI, Gleunà Sax.
Phil. & SS. Theol. Stud. Der

QEr Frühling nahet sich / das rasende Getümmel
 Der kalten Winters Nacht geht allemählig fort/
 Der Wolken Finsternis verschwindet an dem Himmel/
 Ein wolbeglückter Glanz der Sonnen sucht den Ort/
 Wo er die ganze Welt durch blitzen kan beschauen/
 Und mit vergnügter Lust die Creatur erfreut/
 Du / werther Musen Sohn / läst deine Kunst auch thauen/
 Und zeigest deinen Fleiß izzt wiederum verneut.
 Die Blume / welche du von Gottes Allmacht sezest/
 Hast mit grosser Müh und Sorg' hervor gesucht/
 Wol dir / und aber wol ! weil du dich so ergezest
 An Gottes Heiligthum / und was sonst wird verflucht/
 Aus deinen Augen läst / ich wünsche reichen Segen/
 Die Allmacht / welche dich zum reden hat gebracht/
 Wird dir in kurzer Zeit das Ehren Lob beylegen/
 Wenn dir das süsse Glück mit frohen Augen lachte.

Also legte seinem vertrau'en Freunde und Tischgenossen
 seine Schuldigkeit ab

Andreas Janus, Seinstad.

Phil. & SS. Theol. Stud.

36. 478. 628. 267. 7 241. 171.
H. Petr. Dühringk. Phil. ac The. S. 1828.

Durch Rabba ische 3. Ezahlen mit wegweiffung 2. Ziffern

513. 412. 159. 448. 294.
Gott steh/ ihm ferner bey. 1826.

ES bleibet dennoch wahr: Wer edle Tugend liebet/
 Und theurer Wissenschaft den zarten Geist ergiebet/
 Der leget vor der Welt derselben Wahren aus/
 Und bauet seinem Ruhm auf Felsen Stein ein Haus.
Er / werther Musen Sohn / wird selbst zur Gnüge wissen/
 Wie er zu aller Zeit die Musen kunte küssen/
 Und mit derselben Saft bethauen seinen Geist/
 Den die gelehrte Schaar ein edes Mitglied heiff/


GDU

Gott steh ihm ferner bey/ mit reichen Seegens-Quellen/
So kan der tapfer Sinn hinführo sich noch stellen
Auf dem gepriesnen Berg. Er nehme diß Geschrey
Von treuen Herzen an: **G**ott steh ihm ferner bey!
Also wünschte seinen werth-geschägten Freunde und Tischgenossen
aus gebührender Pflicht
Gottfried Juncke / Croppenstad. Ph. & SS. Th. St.

Dum Cathedram scandis, Sophlâ dulcissime Ocelle,
Doctrinamque Tuam dexteritate probas,
Non possum non vota Tibi subjungere: Crescat
Per specimen præfens gloria, laus, & honor.
Hicce animum Amico benevolum declarare voluit
JOACHIMUS Riebe / Gandlebiâ
Marchicus. J. U. St.

Die güldene Tugend muß völliger glänzen/
Drum prangen die Geister mit herrlichen Kränzen/
Bey welchen die Weißheit die Wohnung aufschlägt/
Und derer Beginnen zum Sternen hinträgt/
Er/werthester Gönner / bezüget mit Ehren/
Daß Künste von Tage zu Tage sich mehren/
Drum eilet die Seele zum lehrenden Chor/
Und stellet sich denen Gelehrten da vor.
Das Glück besegne das edle Beginnen
Und schmückle mit lieblicher Wonne die Sinnen
Biß einsten der nimmer verdroßene Fleiß
Erlange mit prange stets-grünenden Preis.
Seinem werthesten Freunde und Tischgenossen
volkmeinend aufgesetzt durch
JOH. CHILIAN FABRICIUM,
Magdeburg. Phil. Stud.

M*Acte tuo studio, Musisq; incumbere perge,
Sic tandem Sophiæ præmia larga feres.*
pauca hæc Amico ac Convictori suo æstimatissimo
properante calamo scripsit
HEINRICUS SEVERINUS BODINUS,
Wernigerodâ Saxo, Phil. Stud.



85852


ULB Halle
005 363 56X


3



VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.

N. F.
 NEM PNEVMATICAM
 DE
 IPOTEN-
 IA DEL
 ORDINIS PHILO-
 CI CONSENSU,
 d. Albim Academia,
 PRÆSIDE
 NNE Dünnehaupt/
 ergo Saxone, P. L. C.
 Stud. & Alumno Electorali.
*Philosophorum disquisitioni
 subjiçiet*
 RUS Dühring/
 aviã Marchicus,
 3. Febr. 1687. in Aud. min.
 VITTEBERGÆ,
 ARTINI SCHULTZII.

